

Johann Kleinschmidt

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Kleinschmid,  
I.U.D. & P. Ad Exequias quas ... Adelheid Viereggen/ matri desideratissimae liberi  
orphani. Et ... Puella Georg-Heinrich Behr/ fratri carissimo moestissimi fratres ac  
sorores parats cupiunt, Omnes omnium ordinum Cives Academicos ... invitat ac  
hortatur**


Rostochii: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777160013>

Druck Freier  Zugang



Kleinschmid, J.,  
in A. Vieregg,  
uxor. G. C. Behr ;  
et in G. H. Behr  
Rost. 1638.







PROGRAMMA

Quo

Rector Universitatis Rostochiensis

JOHANNES KLEIN-  
SCHMID, J. U. D. & P.

AD EXEQUIAS

quas

*Nobilissimæ feminae*

Adelheid Zierreggen

matri desideratissimæ liberi  
orphani.

*Et Nobilissimo Puella*

GEORG-HEINRICH BESHX

fratri carissimo moestissimi fratres  
ac sorores paratas cupiunt,

*Omnes omnium ordinum Cives Academicos hora  
tertiam in templo Mariano studiose invitare  
ac hortatur.*



ROSTOCHII,

Literis NICOLAI KILII, Acad. Typograph.

ANNO MDCXXXVIII.

31

**T**ertia hujus funeris pars est, imo **Q**  
 quarta cum filiolo Georg Heinrich  
 Behren/ Nobilissima **Q** generosis vir-  
 tibus ornatissima femina Adelheid  
 Biereggen. Ea nata est Rienstorffii,  
 Anno millesimo sexcentesimo nono die 6. Februar. ex  
 Nobilissima der Biereggen **Q** Schagken/familia. Pa-  
 ter ejus est Nobilissimus **Q** strenuus Vir Jochim Bier-  
 egge/ Illustrissimi Principis DN. ADOLPHI FRIDERICI  
 Capitaneus in Dobberan **Q** Pöel/ hereditarius in  
 Kosewitz/ Sipsin/ **Q** Sapetendorff. Mater ei fuit no-  
 bilissima **Q** virtutib. ornatissima femina Margareta  
 Schagken/ p. m. cujus mentionem primo loco fecimus.  
 Avus paternus fuit Matthias Bieregge/ heredita-  
 rius in Roggewitz/ Sapetendorff & Rienstorff/ qui in  
 bellis Germanicis Illustrissimo Principi Megapolitano,  
 Duci GEORGIO fidelem operam dedit. quamdiu vi-  
 xit; occiso vero glande plumbea ad Saxehusen/ pro-  
 pter fidelem **Q** sedulam operam fratri datam ab Illu-  
 striss. ac Celsiss. Principe DN. JOHAN-ALBERTO I. ad Ca-  
 merariam functionē vocatus est. Avia materna fuit  
 Adelheid Levezow de domo Surow. Proavus primus  
 paternus Victor Bieregge hereditarius in Kosewitz  
**Q** Sapetendorff. Proavia prima paterna Anna von  
 Swerin de domo Spantkow. Proavus alter paternus  
 Achim Levezow/ hereditarius in Lunow. Proavia al-  
 tera materna Anna Schmefer de domo Wöstenfelde.  
 Abavus paternus primus Ewald Bieregge heredita-  
 rius

rius in Kossowitz/ Illustrissimorū Principum Dn. MA-  
GNI & Dn. BALTHASARIS, Ducum Megapolensium  
Consiliarius intimus, & Legatus ad Comitata Imperii  
Ratisbonam profectus, vitam ibi finivit, & humatus  
est. Abavia prima paterna fuit Nobiliss. femina Ioa  
Nestörffs/ de domo Boltz. Abavi paterni pater fuit  
Dn. JOHAN Bieregg Eques in Kossowitz & Sapeken-  
dorff Hereditarius. Abavi paterni mater fuit Nobi-  
liss. Matrona Beata Moltken/ de domo Scritfeldt.  
Abavi paterni avus paternus fuit Nobiliss. Victor  
Bieregg/ qui potentissimo Principi ALBERTO, Regi  
Sueciae ac Duci Megapolitano fideli consilio, & opera  
militari inseruit, ac deinceps ab Illustriss. Principe  
JOHANNE Duce Megapolitano in Consiliarium electus  
& vocatus est. Cujus uxor quippe Atavi paterni avia  
Nobiliss. matrona Giesel ex per vetusta & in his terris  
notissima, nunc temporis vero extincta equestriu vi-  
rorum & procerum Nordmanorum familia, prognata  
fuit. Atq; hac paterna quidem linea series est: mater-  
nam recensere necesse non est, cum in materna originis  
explicatione id factum sit ac rei ipsius habenda ratio.  
Nata est ergo hac tanta nobilitatis Matrona cum fra-  
tribus duobus ac sorore una, quorum antea quoq; hono-  
rifica mentio facta est, ex prosapia generosa quidem, sed  
originali tamen labe, à qua nemo exceptus est, infecta:  
Ut ergo Servatori suo, ejusq; corpori mystico inserere-  
tur, per lavacrū regenerationis abluta est & à paren-  
tib; ad veram pietatem ac virtutes Nobili virgini con-  
venientes

venientes assuefacta, ac educata est, usq; ad Annua  
1627. quo anno die 17. Junii Generoso, pranobili ac stre-  
nuo viro p.m. Dn. Georg Christoff Behr in Rustron  
& Semlow hareditario, legitimo ritu desponsa ac in  
manum tradita est, eiq; sex liberos masculos & unam  
femellam peperit, in isto conjugio, parum diuturno qui-  
dem, neq; enim ultra undecimum duravit sed secundo  
tamen, placido, & quod concordiam ac amorem conju-  
galem spirabat, alijsq; virtutibus ad exemplum flore-  
bat. V. tam ejus Christianam si inspiciamus, monito &  
exemplo dilectissima parentis domestico usa, studium  
pietatis assiduum, honestatis & modestia sectata est,  
sacris Ecclesia cœtib. frequens interfuit, cœna Domini-  
ca usum saepe repetivit, liberos tenellos in timore Dei in-  
stituit ac erudit, ad precandum adsuefecit, atq; ita  
cum ipsa non voce tantum, sed re Christianismum ex-  
pressit, tam liberos, ut quantum per etatem poterant, ex-  
primerent, sedulo docuit. Erga parentes, fratres & soro-  
rem quo affectu fuerit, testantur qui adhuc in vivis, nō  
sine tristi comitatis & amabilitatis recollectione, quos  
nunquam ne verbo quidem vel gestu lesit, nunquam in  
gratiam redire cum quoquam necesse habuit. Marito,  
quem horum temporum tristissima facies non parum  
commovebat, quanto solatio fuerit, quā suavi alloquio  
christiorem refecerit, quā jucunda fronte maestum ex-  
hilaraverit, diceret ipse ac predicaret si viveret; ver-  
ba Jobi ad exemplum patientia formosi viri identidem  
in ore habebat, Dominus dedit, Dominus abstulit, No-

men

men Domini sit benedictum. In ipso morbo, quo iam correpta erat, cum filiulus Georg. Heinrich jam defunctus esset, ac maritus ad eam hoc casu turbatam consolandi studio veniret, quam vis ipse consolationis indigeret, ipsa prior se animadvertere dixit, quod ipse maritus magis isto casu turbatus, quā ipsa esset, merorem igitur istum ex animo ejiceret, ac beatam sortem filiolo nō invideret, quippe qui horum temporum periculis obnoxius non esset, eodem animo in ceteris quoq; calamitatibus usa fuit, quae à ferro & igni illatae sunt, cū quae Deus dedisset, idem abstulisset. Morbi vim sentire cepit, die Veneris, qua Natalem Christi antecessit, cum praecedenti Dominica ad sacram Synaxin venisset, cum Deo se reconciliari, ac corpore & sanguine Domini S. Coena se confirmari curasset. Ea vis adeo crevit, ut facile intelligeret vita sibi finem imminere: ideo vocantem Deum sine gemitu & murmure volens secuta est, & ad Redemptorem suum venire desideravit: interim dilectissimo Coniugi curam liberorum sedulo commendavit. & rogavit ut fratrem per literas Butzovio accerteret, cum quo ante excessum suum loqui desideraret. Vocatus ille venit animo quidem non parum turbato, sed hilari tamen fronte & voce ab illa exceptus. Cum ergo desiderium ei suum declarasset, ac lacrimis confirmasset, serior rogavit, ut una cum Coniuge liberorum parvulorum curam sibi sedulo commendatam haberet, amicitiam affinis dignam cum coniuge suo continuaret, nec suo illam discessu dirimi, ut interdum solet, ullo modo

do pateretur. Quod cum uterq; animo quidem tristissi-  
mo sed benevolentia & candoris pleno promississet, scrupu-  
lulum sibi non levem ereptam de liberis passa iterum si-  
bi finem vitæ placidum & felicem precata est, siquidem  
certa jam esset, liberis nihil de futurum qui Deum tuto-  
rem essent habituri, cui eos precibus fideliter com-  
mendasset, quiq; parentib; marito, fratri, ceteris propin-  
quis animū promissum & ex eo profectura studia atq;  
officia servaturus esset. Mutata est nonnihil ab eo tem-  
pore morbi facies, ita ut spes aliqua salutis affulgere vi-  
deretur: cum v. mater quoq; agrotare inciperet, curis &  
aliis causis, insomniam die 17. Januarii contraxit, &  
ex ea virium præcipuam imbecillitatem: quæ licet in-  
terdum emendari videretur, tamē eo magis pugnavit  
& ipsam arcem invadere cepit. Quod cum ipsa ani-  
madverteret, Pastorem Ecclesiæ Dobberanensis M.  
Petrum Edelin (qui assiduam fere operam ei navabat)  
ad se accersit curavit, qui & vestigio venit, & officio  
functus commodissimis eam S. scriptura dictis ac sen-  
tentiis consolatus est, ipsa precibus præcunte alacriter  
secuta est, nec id solum, sed ultro optavit quoq; ut finem,  
quem sibi imminere sentiret, eo citius assequeretur: imo  
Pastorem, ut in precando pergeret, hortata est, quod ho-  
ræ sui discessus jam propinquam esse sciret: atq; ita di-  
lectissimo conjugi valedixit, iterum ei liberorum cu-  
ram commendavit, omnesq; adeo divina providentia  
curandos ac defendendos commisit. Quanto animi  
turbatissimi dolore maritus tristissimus discesserit, quo

eam vultu propinquis lugentibus intuitus dimiserit,  
quibus lacrimis persecuti discedentem fuerint, facile in-  
dicat paulo post consecutus ipsius mariti obitus. Circa  
terciam nocturnam suavis, ut videbatur. somnus eam  
complectitur, ita tamen, ut non prius eam occuparet,  
quam Deo iterum in manus animam suam commen-  
daret: atq; ita dictum factum delapsa in suavem so-  
mnum anno etatis 29. vitam hanc mortalem cum im-  
mortali & aeterna beatè commutavit. Exemplum sane  
habemus matrona, uti splendore Nobilissimi generis il-  
lustrata, ita virtutib. Nobilitatem illustriorem redder-  
e praeclara. Sed providentia divina constat sua ra-  
tio, quae matronam sui sexus & generis decus marito  
Nobilitatis Megapolitanae ornamento primario tam-  
cito eripuerit: Nos mirari eam possumus, rimari non  
debemus, eam assequi nullo modo quaerimus. Reverendus  
igitur est, non culpis adspargendum aut nimio questu irritandum, quod mu-  
tari non potest. Deus Opt. Max. dabit omnibus qui superstites hoc non  
simplici casu turbati sunt, & in luctu constituti, animus consolationibus ad-  
mittendis idoneum ne senex pater tot insuetis plagis, haud sane levibus ac per-  
functorii confectus succumbat, ne frater huius defuncta sororis, deinde ma-  
tris, tum Affinis & ex sorore Nepotuli desiderio vir fortis, vinei se patiatur, ne  
alii se lacrimis ac luctui torquendos dedant, sed omnem adversitatem forti  
animo superent ac in Dei voluntate acquiescant. Nos quoq; huius tantae  
Matronae virtutem admirati, Cives Academici, faciamus quod honestam de  
nobis expectationem, in virtute colenda & grate praestandi officii, excita-  
re possit, frequentes in templo Mariano ad horam. III. conveniamus ac Deo  
Provinciam, Academiam, Civitatem commendantes mortalitatis nostrae me-  
moriæ refrigeremus. P. P. Rosochii sub sigillo Rectoratus, Anno 1638. die  
13. Martij.

Restae

**R**estat etiam quarta hujus nostrae operae pars, an  
particula, quae Nobilissimo ac suavissimo puella  
Georg Heinrich Behren debetur. Natus est iste flosculus  
pueri Anno 1635. die 14. Septembr. ex parentibus,  
quos jam sequitur defunctus ad sepulturam, patre Georg  
Christoff Behren/Viro p. m. Nobiliss. Strenuo ac Nobili-  
tatis Megapolitanae ornamento, haereditario in Nustrow  
& Semlow / & matre Adelsheid Bierreggen / Nobilissima  
foemina & virtutibus ex omni genere pollentissima.  
Quam ergo spem de puella concipiendam fuisse puta-  
bimus, ad cuius indolem duae familiae primariae De  
Behren & Bierreggen conspirarunt: Fortes creari forti-  
bus & bonis, Esse in juvenis, esse in equis patrum  
Virtus, nec imbellem feroces, Progenerare aquilas co-  
lumbam, omnino creditur & persuasum habetur. Quae  
igitur de utriusq; generis virtutibus & splendore com-  
memorari potuissent ac debuissent, ea necessitas, ut com-  
memorentur, non postulat, satis superq; ex praecedentibus  
paginis exposita sunt, ne actum agamus. Deus  
Opt. Max. per filium suum Servatorem ac Redemptorem  
nostrum J. CHRISTUM & hunc puerulum Baptismi  
lavacro renatum, & parentes, & aviam, quorum funera  
conjuncta sequimur, in die novissimo ad vitam aeternam  
resuscitet, ac nobis omnibus, quae ad salutem praecipue  
aeternam faciunt, clementer tribuat. P.P. Rostochii,  
sub sigillo Rectoratus,












eam vultu propinquis lugentibus  
quibus lacrimis prosecuti discede  
dicat paulo post consecutus ipsa  
tertiam nocturnam sua vis, ut  
complectitur, ita tamen, ut non  
quam Deo iterum in manus ante  
daret: atq; ita dictum factam  
minum anno etatis 29. vitam ha  
mortali & aeterna beatè communi  
habemus matrona, uti splendore  
lustrata, ita virtutib. Nobilitate  
tibus pradita. Sed providentia  
tio, qua matronam sui sexus &  
Nobilitatis Megapolitana orna  
cito eripuerit: Nos mirari eam  
debemus, cum assequi nullo mo  
igitur est, non culpis adspicendum aut nimio  
tari non potest. Deus Opt. Max: dabit on  
simplici casu turbati sunt, & in luctu constitu  
mirandis idoneum ne senex pater tot inflic  
functorum confectus succumbat, ne frater hujus  
tris, tum Affinis & ex sorore Nepotuli desiderio  
alii se lacrimis ac luctui torquendos dedant,  
animo superent ac in Dei voluntate acquies  
Matrona virtutem admirati, Cives Academiae  
nobis expectationem, in virtute colenda & gr  
re possit, frequentes in templo Mariano ad ho  
Provinciam, Academiam, Civitatem commenda  
mori, am refricemus, P. P. Rosochii sub sigi  
13. Martij.

dimiserit,  
at, facile in  
itus. Circa  
minus eam  
occuparet,  
commen  
tarem so  
m eum im  
plum sane  
generis il  
m reddent  
lat sua ra  
us marito  
nario tam  
rimari non  
s. Ferendum  
um, quod mu  
stites hoc non  
lationibus ad  
levibus ac per  
s, deinde ma  
se patiat, ne  
rsitatem forti  
hujus tanta  
d honestam de  
ficiis, excita  
iamus ac Deo  
tis nostra me  
anno 1638. die

Restae



the scale towards document

Image Engineering - Scan Reference Chart: TZ63 Serial No. 032